




























Gospel for St. Marius

Tonus evangélii

D      

Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̄. Glóri-a tibi Dómine.

I                     

-n illo témpore: Sedénte Jesu super montem O-livé-ti, accessérunt

ad e-um discípu-li secréto, dicétes: Dic nobis, quando hæc erunt? et


quod signum advéntus tu-i, et consumma-ti-ónis sæcu-li? Et respóndens

Jesus, dixit e-is: Vidéte, ne quis vos sedúcat. Multi enim véni-ent in

nómine me-o, dicétes: Ego sum Christus: et multos sedúcent. Auditóri

enim estis præli-a, et opini-ónes præli-ó-rum. Vidéte, ne turbémini.

Opórtet enim hæc fí-eri, sed nondum est fi-nis. Consúrget enim gens in



gentem, et regnum in regnum, et erunt pesti-lénti-æ, et fames, et terræ-
mótus per loca. Hæc autem ómni-a, iní-ti-a sunt doló-rum. Tunc tradent
vos in tribula-ti-ónem, et occídent vos: et éri-tis ódi-o ómnibus géntibus
propter nomen me-um. Et tunc scanda-lizabúntur multi, et ínvicem
tradent, et ódi-o habébunt ínvicem. Et multi pseudoprophétæ surgent, et
sedúcent multos. Et quóni-am abundávit iníqui-tas, re-frigéscet cári-tas
multó-rum. Qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus e-rit.